Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



178.

pulcra est in ciuitate dauid
Dies aut quibus regnauit da-
uid super israel xl anni sunt In
ebron regnauit vij annis
In hierusalem xxxiij tribus Salomon
aut sedit super thronum dauid
patris sui et firmatum est re-
gnum eius nimis In gressus
est adonias filius agith ad
bathsabee matrem salomonis
Que dixit ei Pacificus ne
est ingressus tuus Qui re-
spondit Pacifice Id dictum
bene mihi est ante Cui
ait loquere Et ille Tu
nosti quia mea erat re-
gnum et me preposuerat omnis
israel sibi in regem sed translatum
est regnum et factum est fratris
mei a domino enim constitutum e
ei Nunc ergo petitionem de
prout a te ne confundas fa-
ciem meam Que dixit ad eum
loquere Et ille ait Precor
vt dicas salomoni regi Ne
quia enim negare potest tibi cupit
vt det mihi abisach sunam-
mitem vxorem Et ait bathsa-
bee Bene ego loquar pro
te regi Venit ergo bathsabee
ad regem salomonem vt lo-
quereturei pro adonia Et surre-
xit rex in occursum eius
adorauitque eam et sedit super
thronum suum Posito quoque est
thronus matri regis Que
sedit adextera eius dixit
quia ei Petitionem vnam paruam
ego de prout a te ne confun-
das faciem meam Dixitque ei
rex Pete mater mea Neque
enim fas est vt auertam fa-
ciem tuam Que ait Detur
abisach sunammitis adonia
fratri tuo vxor Respondit rex
salomon et dixit matri sue
Quid adhuc postulas abisach suna-
mitem adonia Postula ei
et regnum Ipse enim est fra-
ter meus maior me et habet
abiathar sacerdotem et ioab
filium saruie Iurauit itaque rex
salomon per dominum dicens Hec
faciat michi deus et hec ad
dat quia contra animam suam locutus
est adonias hoc verbum Et
nunc viuit dominus qui firmauit
me et collocauit super solium
dauid patris mei et qui fecit
michi domum sicut locutus est
quia occidet hodie adonias
Iusitque rex salomon per manum
banaie filii ioiade qui inter-
fecit eum et mortuus est Abia-
thar quoque sacerdoti dixit
rex Vade anathoth ad
agrum tuum Equidem vir mor-
tis Sed hodie te non mi-
nam quia portasti arcam dom-
ini dei coram dauid patre meo
et sustinuisti laborem in omnibus
in quibus laborauit pater meus
Eiecit ergo salomon abiathar
vt non esset sacerdos domini
vt impleret sermo domini quem
locutus est super domum heli
in silo Venit ergo nuncius
ad salomonem quod ioab de-
clinasset post adonia et post
salomonem non declinasset
fugit ergo ioab in taber-
naculum domini et apprehendit
cornua altaris Nunciatumque est
regi salomoni quod fugisset
ioab in tabernaculum domini
et esset iuxta altare Mi-
sitque rex salomon banaiam
filium ioiade dicens Vade et